


¶



Uantus vir *Calvinus* apud suos habitus fuerit, id satis demonstrant Calvinianæ hæreses coryphæorum epitheta eidem attributa. *Petr. Mars. tyr. T.2. L. Th. in L. d. Vot. & Cœl. p. 1424. D.* vocat *Calvinum* præstantem & nobilem suorum temporum sacratum literarum expositorem. Et p. 1402. *F. egregium Doctorem T. 3. de L. Arb.* non tantum *Genevensis*, sed & totius Ecclesiæ ornementum. *Th. Beza in tr. Theol. Vol. I. L. d. hæret. à Mag. puniend. disputans contra Mart. Bellum* eum vocat Theologum judicii & fidei plenum. *Vol. II. Apol. 2. ad Claud. de Xaint resp. p. 380.* magnum heroem p. 333. maximum Theologum & optimum virum. Et quod mirandum ipsi Pontificij, (qui alias *Lutherum Calvinum* præferunt, dum illum in purgatorium, hunc tota- liter in infernum detrudunt, uti effigies illa, quam *Stanislaus Resciis Presbyter l. d. atheismis & phalarism. Evangel. Neapol. 1596. ed. ad- junxit, demonstrat) *Calvinum* (quod de *Luther*o nostro in eorum scriptis vix legimus,) vocant virum providâ mente, ingenio per- spicuo, stylo puro, facundiâ magnâ pollentem & in lectione mul- tarum rerum versatum. ita *Panigarola lect. 2. Florimundus Raimun- dus Senator Burdegælens. l. 7. d. hæref. b. temp. c. 10. acri & vivido* dicit *Calvinum* fuisse ingenio, in respondendo promptum, ad aggre- diendum audacem, magnum jejunatorem etiam ab ipsâ adole- scentiâ, virumq; commendatione dignum.. *Hæc ille.* Audi- te ergo vos *Calviniani*, omnesq; *Calvini* sequæ, vestrum maximum Theologum , eq; pulcherrimis ejus floribus fertum plectite ve- stræ eruditioni congruum, ut verba *Crocij de script. hom. Calvin. p. 38. retineam, audite, inquam, eum & percipite, qualia capita doctrinæ Orthodoxæ (scilicet) sit propositurus. Videte, quo fundamento ve- stra doctrina superstructa sit, & quomodo ex omni hæresi vos hære- tici VENENA COLLIGATIS & exsugatis. Monstrabo illud proponendo Symphoniam quandam, quæ inter vestram *Calvin. re-***

A 2

ligio.